Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

ficis aut pſcribis, quē ad vſum aut in quē finem cōſeruas iſtum? ſenties procul dubio tandē, qualē in ſinu foueris ſerpētem hunc Regulū, quo nulla eſt hodie ſub ſole peſtis nocentior.

DE CÆRIMONIIS RITIBVSQVE ECCLESIAE. CAP XLIII.

Quis obſecro ſine tædio legat hic tot leges exlegis huius Apoſtatę? q ppria temeritate & impudētiſſime veteres Cerimonias Eccliæ abrogauit, & nouas impudētiſſime, nulla pdit⁹ autoritate pſcribit. Quoties ait hic, Debeat itē, Debēt itē? Quē obligāt tot leges eius vſq; adeo nugaces & fatuæ? Si a nemine apꝓbanť nec vllū hominē ligant, quid fruſtra ꝓmulganť? Si velis Illu.P. has leges eius obſeruari, cur eum cæteris in viſitatiōe nō adduxiſti? An verebaris, ne populi tui in faciem ei reſiſterent, aliterq; eū prius docuiſſe mōſtrarēt & cōuincerēt? At verecundiā hanc pati unť nunc ſcripta eius, multo ſane latius & amplius, q̄ paſſura fuerat frōs ei⁹ ferrea, & iam pridē perfricta. Nam ſcripta diuulganť in oēs, facies eius tuis tm̄ populis viſa fuiſſet, Eo.n. timore pallet ac premitur, vt ne ad vnum quidē paſſum pedēue latum, abſq; ſaluo conductu, terras tuas egredi auſit. Si abſq; crimine eſt, vt nullo iure interfici queat, cur tantopere timet? Si criminoſus & infamis eſt (vt eſt) quid bonis viris & populis leges Eccleſiaſticas pręſcribere tentat? Non em̄ ignorat, Epiſcopum Diaconumq; & presbyterum ſine crimine eſſe debere, vt ſine ſcandalo pręeſſe populo queant. Vanæ ſunt igitur ac ridiculæ totius Viſitationis Luthericæ leges, nō ſolū, ꝙ legifer criminoſus & iſamis eſt ac nulla prędit⁹ autoritate, ſed etiā, ꝙ iiſdē cōtrarias anteas leges & fixit & refixit ſępiſſime, arundo ſane leuiſſima, legifer ſtramineus, qui melius poneretur in arua, laruatus cucullo ſuo, ad exterrendas ſegetibus feras & aues, q̄ vt pręponatur populis aut Eccleſijs, ad ferendas nouas leges, quas antea reprobauit. Quid enim habes Illuſt. Prin. quod populis tuis reſpondeas, ſic forte interrogantibus? Vbi ſcriptum eſt, vt omni die mane legamus tres Pſalmos, & veſpere totidem, eoſq; vel Latine vel Teuthonice? Quæ ſcriptura iubet nos canere Magnificat? Quæ Te Deum laudamus, aut Benedictus aut Quicumq; vult ſaluus eſſe, in veſperis? Quæ item præcipit, vt Quarta, & Sexta feria potius prædicetur q̄ alijs diebus? *In lib. Viſita.*